



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

115. Quid sentiendum si non in flagranti crimine, sed noctu cum armis prohibitis, vel mutato habitu, Clericus inuentus? An in tali casu Clericus comprehendi possit? Et an iudex sæcularis iure ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

num.9. Fatinacius 9.8.n.122. Clarus in pract. 9.28.n.6. & alij. Et hoc non titulo iurisdictionis, vt constat ex cap. cum non ab homine, de indic. & cap. si verò, de sent. excomm. & cap. si Clericus, de foro comper. Sed ex tacita voluntate Prælatorum, vel quia tunc à iure censetur cuiuslibet data talis potestas, ex l. raptores, C. de Episc. & Cler.

2. Sed hæc doctrina ita absolute prolata mihi non placet, sed illam aprobo concurrentibus tribus conditionibus. Prima, vt præsumatur fuga, nisi Clericus tunc capiatur. Secunda, vt non potuerit à proprio Prælato impetrari mandatum. Tertia, vt statim iudici proprio remittatur, videlicet infra spatium viginti horarum, & ita docet Castrus Palaus tom.2. tract. 12. in disp. vnic. punct. 6. num. 14. qui tamen existimat iudicem laicum non posse detinere Clericum de quo supra, captum in suis carceribus per spatium viginti horarum, si breuiori tempore posset illam Ecclesiastico Prælato remittere, quia aliàs neque Superior Ecclesiasticus præsumit consentire, neque secularis iudex causam habebit Clericum detinendi, ergo, &c.

Sup. hoc in Ref. not. seq. Sup. hoc in Ref. seq. §. vlt. ad medium, & infra in Ref. 115. §. vlt. & in tom. 7. tr. 7. Ref. 19. §. Sed omnia ante mediū,

RESOL. CXIII.

An iudex laicus possit in aliquibus casibus capere Clericum, & detinere in carceribus ultra viginti horas?

Imò, neque eo tempore detinere eum possit, si breuiori illum iudici Ecclesiastico remittere posset? Et in casibus concessis, si laicus officialis capiens Clericum non præsentet statim suo iudici, an incidat in excommunicationem, &c? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 85.

Sup. hoc in fra in Ref. 115. §. 2. cursum in fine, & in aliis annot. vlt. dictæ Ref.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Villadiego in polit. cap. 5. num. 60. [Si fuisse el delito tan graue, o escandaloso, que conueniesse dar cuenta al Consejo ó al Rey; que entonces es arbitrario el tiempo que le deve detener conforme á la calidad del negocio y circunstancias del.] Ita ille, & ante illum Garfias de hisp. nobilit. gloss. 9. num. 39.

2. Sed, vt verum fatear, res ista est periculosa, quia delictum graue & scandalosum non præbet auctoritatem iudicibus laicis detinendi Clericos carceratos ultra tempus quo de iure in aliquibus tantum casibus detinere possunt, & ideo Belletus in disquis. Cler. part. 1. tit. 3. §. 11. num. 2. Laurentius Oforius in su. Pina de Rosas lib. 4. §. 3. & Naldus in sum. ver. Bulla Cæna num. 58. & Guazzinus de defensionibus reorum tom. 1. lib. 1. defen. 1. cap. 2. num. 5. notant, quod laicus in casibus, in quibus potest capere Clericum, non potest ipsum in carceribus retinere ultra viginti horas, & ita etiam tradit glossa in l. capite, & ibi Bartolus, de adult. Panormitanus in cap. cum non ab homine, n. 11. de indicis. & hanc esse communem opinionem testatur Fatinacius quaest. 8. num. 118. Vnde Carolus de Grassis de effect. Cleric. effect. 1. num. 557. & Scaccia de indic. Can. tom. 1. lib. 1. cap. 39. num. 14. asserunt quod in casibus, concessis si laicus officialis capiens Clericum non præsentet statim suo iudici, incidit in excommunicationem, & Campanili in diuer. iur. can. rubr. 4. num. 26. & Barbosa in collectan. tom. 2. lib. 5. tit. 39. cap. 35. num. 5. in fine, docent laicos in casibus, quibus possunt capere clericos, debere illos statim iudicibus Ecclesiasticis consignare, nec ad id faciendum concedunt spatium viginti horarum, ex rationibus, quia ipsi adducunt, vnde, vt dixi, negotium videtur periculosum, attendant ergo ministri laicalis iurisdictionis in casibus contingentibus quid faciant, & aduersus illos vide omnino Guazzinum vbi quidem.

Sup. hoc si quis capit Clericum, & retinet ex iusta causa qua pena puniendus sit, lege infra in tr. 7. Ref. 64. §. 1. à lin. 5. Sup. hoc & sequentibus in hoc §. in Ref. not. 1. huius Ref. in eius §. vlt. & in Ref. præterita §. vlt. post medium, & in tom. 7. tr. 7. Ref. 19. §. Sed omnia ante mediū, à vers. Et quidem.

suprà, & nouissimè doctum Castrum Palaum in opere moralis tom. 1. disp. vnica, punct. 6. num. 14. vbi absolute docet in casibus permittis non posse iudicem laicum detinere Clericum in suis carceribus ultra viginti horas: imò docet neque eo tempore detinere posse, si breuiori potest illum iudici Ecclesiastico remittere.

RESOL. CXIV.

An iudex laicus, & eius minister possit capere personam Ecclesiasticam in flagranti crimine & ducere illam sine iniuria ad sum Ecclesiasticum Superiorem? Ex part. 1. tr. 2. Ref. 11. aliàs 10.

§. 1. **N**egatiuè respondet Megala in p. 3. cap. 11. n. 7. Marth. de iurisdic. p. 4. cent. 1. cap. 42. n. 17 & Soula in Bulla Cæna, cap. 16. disp. 82. num. 8. cum aliis. Et ratio est: quia non est textus, in iure canonico, qui declaret, posse laicum iudicem in hoc casu Clericum comprehendere, etiam vt ad Prælatum suum ducat, nisi de ipsius Prælati licentia, & in contrarium sunt iura absolute prohibentia, ne Clericus à laico iudice comprehendatur: ergo, &c.

2. Sed non desunt Doctores, qui contrarium asserant: & hi sunt, Peregrinus de immun. Ecol. cap. 16. num. 37. Gomez var. tom. 3. cap. 4. num. 3. Auenda nus de exequ. mand. part. 1. cap. 22. num. 2. Olibanus de iure fisci, cap. 14. num. 104. Borrellus de præst. Regis Cathol. cap. 7. num. 185. Duardus ex nostris, in Bulla Cæna, lib. 2. can. 19. q. 7. num. 2. Cenedo in qq. can. quaest. 4. num. 14. Ortiz in sum. cap. 4. num. 9. Pereira in tract. de manu regis cap. 10. num. 6. Saigado de protect. regia, tom. 2. part. 2. cap. 4. num. 13. Bonacina de legib. disp. 10. quaest. 2. punct. 1. §. 1. num. 12. Cortolanus in Bulla Cæna, excommuni. 19. fol. mibi 355. Grassius in decis. part. 1. lib. 4. cap. 18. num. 152. Nauartus in Manual. cap. 17. num. 83. Belletus in disquis. cler. part. 1. tit. 3. §. 11. num. 1. qui pro hac sententia citat Felinum, Decium, Ioan. Andream, Baldum, Clarum, & alios. vide etiam Homobonum de Exam. Ecol. part. 2. tract. 11. cap. 4. §. 4. suppos. 3. & Pafescium in praxi Episc. p. 2. cap. 4. art. 3. num. 13.

3. At ego amplector hanc sententiam in casibus & cum limitationibus, quas adducit Campanili in diuers. iur. rubr. 4. num. 26. & nouissimè Barbosa in suis collectan. tom. 2. lib. 5. tit. 39. c. 55. num. 5. in fin.

RESOL. CXV.

Quid sentiendum, si non in flagranti crimine, sed noctu cum armis prohibitis, vel mutato habitu Clericus inuentus sit, an in tali casu Clericus comprehendendi possit?

Et an iudex secularis iure defensionis suæ, aut alterius innocentis, licite comprehendat Clericum non solum in actuali aggressionem crimine patrando, præueniendo illud, sed etiam in crimine parato, ne fugiat, vt præsentetur suo Superiori?

Et an iudices laici possint detinere Clericum in suis carceribus spatio 20. horarum?

Imò si cum possint incontinenti non tradant Clericum iudici Ecclesiastico, an incidant in excommunicationem? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 12. aliàs 11.

§. 1. **N**on posse etiam in tali casu Clericum comprehendendi, putat Megala in 3. p. lib. 3. c. 11. n. 7. Et ratio est validissima: quia in Bulla Cæna excommunicatur

Sup. hoc in Ref. 115. §. Sed dicet, & in Ref. 115. §. & in Ref. 115. & infra in Ref. seq.

Sup. Ref. 115. in c.

Sup. Ref. 115. in c.

Sup. Ref. 115. in c.

moncantur Magistratus & quomodolibet se interponentes circa capturam Clericorum, nisi hoc factum cum expressa licentia Sedis apostolicæ: & cum natura exceptionis sit firmare regulam in omnibus aliis casibus non exceptis; ergo capientes Clericos sine tali expressa licentia, supradicta censura inuoluntur, Et dictam licentiam accedere dicas, quando fit cum licentia proprii Prælati, ut ideam Megala docet.

2. Sed his non obstantibus, multi Doctores contrariam sententiam probant, ut Belletus in *disquis. cler. part. 1. tit. 2. §. 2. num. 37. & tit. 3. §. 11. num. 1.* Genuensis in *praxi, cap. 27. num. 8.* Bobadilla in *poli. lib. 2. cap. 18. num. 50.* Et ex Theologis docet hoc etiam Soufa in *Bulla Cæn. cap. 16. disp. 82. num. 9.* ubi sic ait: [Non condemnarem comprehendentem Ecclesiasticum noctu cum armis prohibitis, & præsertim mutato habitu; ed quod Iudex in tali casu utilitati, ac tranquillitati Reipublicæ consulit: plus enim potest Respublica, quam quælibet particularis persona: cum ergo particularis persona possit in flagranti delicto defendere innocentem, potest illud idem & Respublica, etiam præuidendo, & anticipando tumultus, & occasiones, quibus ipsa perturbari potest.] Ita Soufa, & ex eadem Dominicanorum familia Pater Ioan. de la Cruz in *direct. conscient. p. 1. præcept. 8. q. 3. art. 1. dub. 3. concl. 3.* ubi sic asserit: [Iudex secularis iure defensionis suæ, aut alterius innocentis, licite comprehendit Clericum, non solum in actuali aggressionem, & crimine patrando, præueniendo illud; sed etiam in crimine patrato, ne fugiat, ut præsentetur suo Superiori; dum non excedat in hoc, impingendo pugnum nolenti se capi, & duci quiete, aut offerenti fideiussionem præsentandi se suo Prælato, nisi inhumanitas delicti, aut alia iusta causa petat illum debere capi.] Sic ille. Idem etiam docet Bañez in *2. 2. q. 67. art. 1. dub. 2. concl. 5.* & Lorca in *part. 2. tom. 2. tr. de legib. disp. 25. membr. 4.* Aduerte tamen cum Megala, ubi supra num. 10. qui tandem probabilem vocat sententiam huius, & superioris resolutionis, non posse Iudices laicos detinere Clericum, in suis carceribus ultra spatium viginti horarum.

3. At his non obstantibus, Campanili in *diners. iur. rub. 4. num. 27.* non admittit hoc spatium viginti horarum; sed putat, statim Clericum recto tramite ad Iudicem Ecclesiasticum deducendum esse. Et fufius probat hanc sententiam nouissimè Barbosa in *suis collect. tom. 1. lib. 3. tit. 1. cap. 2. num. 7.* ubi docet, Iudicem laicum in excommunicationem incurrere, si cum possit, in continenti non tradat Clericum Iudici Ecclesiastico.

RESOL. CXVI.

An minister laicalis possit spoliare Clericum armis prohibitis, & priuare absque metu excommunicationis, & maxime tempore noctis?
Et an compelli possit à iudice Ecclesiastico arma illa restituere?
Et an Clericus ferens arma possit resistere cum armis birruario volenti eum capere?
Et an Clericus exercens prohibitam venationem, vel piscationem possit spoliari à iudice seculari, vel suis ministris aibus, vel canibus, vel aliis instrumentis? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 10. aliàs 9.

Affirmatiuam sententiam docet Couarruias in *pract. 99. cap. 3. nu. 7.* Azenedus *tom. 1. lib. 1. tit. 3. leg. 9. n. 3.* Borellus de *pract. Reg. Camb. cap. 71.*

n. 45. Duenn. *Reg. 15. Plaza de delictis, l. 1. c. 8. n. 9.* Ant. Gomez in *leg. 45. Tau. n. 48.* Iul. Clar. in *pract. crim. q. 36. n. 16. & q. 82. stat. 6. n. 1.* Cenedo in *collect. iur. can. p. 1. collect. 38. num. 17.* Morla in *empor. iur. part. 1. tit. 1. q. 16. num. 17.* Bobadill. in *Polit. t. 1. lib. 2. cap. 18. n. 71.* Ludouicus Mexia in *prag. taxa panis, conf. 5. num. 38.* Io. Heuia in *Caria Philippica, part. 3. §. 3. num. 9.* Vbi asserunt, Clericum arma prohibita portantem, à ministris laicæ iurisdictionis armis his exponari posse, & priuari, absque metu excommunicationis, & maxime tempore noctis, ut vult Ceuallos *tract. de cogit. per viam violentia, part. 2. q. 54. num. 17.* Nec compelli posse à Iudice Ecclesiastico arma illa restituere, cum ita se habeat consuetudo, & tacita Ecclesiasticorum permissio.

2. Sed, quod magis miror, non desunt præstantissimi Theologi, qui hanc sententiam defendunt, ut Rodriguez in *summ. tom. 2. cap. 2. 37. num. 13.* Ioan. de la Cruz in *direct. conscient. part. 1. præcept. 8. q. 3. art. 1. dub. 1. concl. 3.* Bañez in *2. 2. q. 67. art. 1. dub. 2. conclus. 5.* Graffius in *decis. part. 1. lib. 4. cap. 18. num. 158.* Coniolanus in *Bull. Cæn. excomm. 20. fol. mibi 956.* Ortiz in *summ. cap. 4. num. 9. & cap. 7. num. 1.* Petrus Lorca in *part. 2. tom. 2. tr. de legib. disp. 25. membr. 4. fol. mibi 486.* & Valquez etiam in *part. 2. tom. 2. disp. 167. cap. 4. n. 31.* qui duo vltimi asserunt, in tali casu ministros regios, auferendo arma Clericis, non inducere penam legis, sed efficere, ut lex seruetur, & impedit transgressionem legis. At falluntur viri docti: nam ut bene obseruat contra Valquez, Salas de *legib. quæst. 96. tract. 14. disp. 14. sect. 9. num. 106.* non spectat ad Iudices seculares, propria autoritate efficere, ut leges ciuiles à Clericis obseruentur, cum nullam in eos iurisdictionem habeant. Idèd puto omninò dicendum, minime posse ministros laicalis iurisdictionis, Clericos armis prohibitis spoliare: quia Clerici ad obseruanda statuta laicorum sunt cogendi per Iudicem Ecclesiasticum; vnde non poterunt per laicum armis spoliari: tantum ad obuiandum delictum, poterunt duci ad Episcopum, ut inferius dicendum est; & in Episcopi potestate erit dispensare de armis. Et ita docent Doctores, quos citat, & sequitur Barbosa in *suis coll. tom. 1. lib. 3. tit. 1. cap. 2. num. 6. & tom. 2. lib. 5. tit. 39. cap. 25. num. 4.* quibus ego addo Madium *tract. de sacris Ordinib. cap. 14. num. 21.* Bonacinam de *legibus disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. num. 2.* Duardum in *Bull. Cæn. lib. 2. can. 1. 1. quæst. 11. num. 91.* Belletum in *disquis. cler. p. 1. tit. 2. §. 2. num. 38.* Martham de *iur. part. 4. cent. 1. cas. 7. num. 20.* Megalam in *3. part. lib. 3. cap. 11. num. 20.* Genuensem in *praxi, cap. 74. num. 6.* & Riccium *part. 3. decis. 299. per totam,* ubi quærit an Clericus ferens arma possit resistere cum armis birruario laico, volenti eum capere, & respondet affirmatiuè.

3. Ex his sequitur, esse reiciendos, Villalobos in *summa tom. 2. tract. 10. difficul. 16. num. 2.* Ledesnam in *summa 10. 2. tract. 8. cap. 9. conclus. 33.* Salsedum *ad Diaz. cap. 68.* Morlam in *empor. iur. part. 1. tit. 1. q. 16. & seq.* Cenedo in *collect. iur. part. 1. collect. 37. num. 19.* asserentes, Clericum exercentem prohibitam venationem, vel piscationem, posse spoliari à Iudice seculari, vel suis ministris, aibus, vel canibus, vel aliis instrumentis. Vide etiam, circa præsentem quæstionem, Anguianum *tract. de leg. lib. 2. contr. 15. num. 31.* qui ex parte nobiscum sentit, asserens nullo pacto esse sustinendam sententiam illorum DD. asserentium, arma Clericorum posse per seculares Iudices capientibus adiudicari.

RESOL. CXVII.

An minister laicus possit spoliare Clericum armis prohibitis?
Et

verf. priede. & infra late in tribus Ref. hanc sequentib.

Sup. hoc in Ref. 1. noc. præterite, & in eodem §. & veri, & id sine huius Ref.

Sup. hoc in Ref. 1. in Ref. 1. verf. Y. Io. melfino, & infra in Ref. seq. 8. Vide:

Sup. hoc in principio huius Ref. & in aliis eius prima not.

Sup. hoc in Ref. præterite, & in eius not.

Sup. hoc, & seq. in hac Ref. supra in Ref. 1. §. 1. post medium, & in Ref. 119. & in com. 7. & in Ref. 19. & in com. 1. & in com. 2. & in com. 3. & in com. 4. & in com. 5. & in com. 6. & in com. 7. & in com. 8. & in com. 9. & in com. 10. & in com. 11. & in com. 12. & in com. 13. & in com. 14. & in com. 15. & in com. 16. & in com. 17. & in com. 18. & in com. 19. & in com. 20. & in com. 21. & in com. 22. & in com. 23. & in com. 24. & in com. 25. & in com. 26. & in com. 27. & in com. 28. & in com. 29. & in com. 30. & in com. 31. & in com. 32. & in com. 33. & in com. 34. & in com. 35. & in com. 36. & in com. 37. & in com. 38. & in com. 39. & in com. 40. & in com. 41. & in com. 42. & in com. 43. & in com. 44. & in com. 45. & in com. 46. & in com. 47. & in com. 48. & in com. 49. & in com. 50. & in com. 51. & in com. 52. & in com. 53. & in com. 54. & in com. 55. & in com. 56. & in com. 57. & in com. 58. & in com. 59. & in com. 60. & in com. 61. & in com. 62. & in com. 63. & in com. 64. & in com. 65. & in com. 66. & in com. 67. & in com. 68. & in com. 69. & in com. 70. & in com. 71. & in com. 72. & in com. 73. & in com. 74. & in com. 75. & in com. 76. & in com. 77. & in com. 78. & in com. 79. & in com. 80. & in com. 81. & in com. 82. & in com. 83. & in com. 84. & in com. 85. & in com. 86. & in com. 87. & in com. 88. & in com. 89. & in com. 90. & in com. 91. & in com. 92. & in com. 93. & in com. 94. & in com. 95. & in com. 96. & in com. 97. & in com. 98. & in com. 99. & in com. 100.

Sup. hoc in Ref. 1. in principio.